1491

[illegible] Ego Jacineta [illegible] Petri [illegible] ville Calidarum de Montebongo filia [illegible] et heres Petri Jaunis [illegible] pentinatoris lane ab intestato decessi et dicte Jacinete eius [illegible] ville Calidarum. Gratis et exorta scientia [illegible] et omnes heredes et successores meos quoscumque vendo et ex causa vendicionis concedo vobis Joanni Canyells molinario habitatori prochie [illegible] dicte ville et vestris et quibus perpetuo voluerit. Totam illam peciam terre heremam cum aqua [illegible] rigandum cum introhittibus exittibus omnibusque juribus et pertinenciis suis universis [illegible] pater meus titulo sue proprie emptionis quam de eadem fecit a manumissoribus domini Joanne [illegible] Antonii Bages quondam fabri [illegible] ville cum instrumento facto in noteria [illegible] Octava die mensis Augusti anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo quarto habeo et possideo in termino dicte ville in loco vocato la [illegible] Et [illegible] [illegible] calvos et succedentes sue proprie emptionis venerabilis Jacobo de Rondors quondam domicello ad censum duorum solidorum anno quolibet perpetuo solvendorum infesto sancti Michaelis mensis [illegible] et alodio eiusdem Petri de Calvo. Et terminatur ab oriente in tenedone qui fuit Antonii Parets. A meridie in tenedone Ludovici de Stomiato ab occidente [illegible] ibi [illegible] et a circio in tenedone Petri Plans. Hanc autem vendicionem et ex causa vendicionis concessionem facio ego dicta Jacineta vobis dicto Joanni Canyells et vestris [illegible] Sicut melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum etiam intellectum. Extrahens predicta que vobis vendo de jure domino proprietate [illegible] et [illegible] eademque omnia et singula in vestrum vestrorumque jus dominium proprietatem et posse mitto et transfero irrevocabiliter pleno jure ad [illegible] tenendum omnique tempore [illegible] possidendum et inde vestras vestrorumque voluntates libere faciendum. Promittens vobis tradere vobis tradere vobis aut in voluntate loco vestri possessionem corporalem seu quasi predictorum que [illegible] vos et vestros et quos etiam voluerit existere perpetuo poteris vel vos aut vestri si voluerit possitis vestra propria auctoritate ipsam possessionem libere apprehendere et [illegible] [illegible] vos et vestros licite retinere que possessio cum per vos apprehensa fuerit tantum valere volo quantum si per me vobis tradita foret realiter corporaliter et de facto. Confitens interim donec [illegible] possessionem apprehenderitis seu quasi vestro precario non tenere et possidere. Preterea ex causa huiusmodi vendicionis et alias prout melius de jure valere poterit et tenere. Do cedo transfero [illegible] vobis dicto emptori et vestris et quibus perpetuo voluerit omnia jura omnesque actiones reales et personales mixtas utiles et directas ordinarias et extra et alias quascumque michi competentia [illegible] et competere debentia et debentes in predictis que vobis vendo et contra quascumque personas et in quibuscumque bonis et rebus et res ratione et occasione eorundem. Quibus juribus et actionibus supradictis possitis vos et vestri et quot etiam voluerit [illegible] agere et expira agendo [illegible] et respondendo deffendendo excipiendo proponendo et replicando et omnia alia faciendo et libere exercendo [illegible] et extra iudicium quecumque et quemadmodum ego facere poteram ante presentem vendicionem et jurium et actionum cessionem et possem nunc [illegible] postea quandocumque. Ego enim facio et constituo vos et vestros in his dominos et procuratores [illegible] rem vestram propriam ad faciendum inde vestre libitum voluntatis sine obstaculo contradictione et impedimento mei et meorum et alterius cuiuscumque iuris et persone. Salvis tamen semper [illegible] predictis que vobis vendo dicto censu dictorum duorum solidorum et alias jure domino firma et facta. Triginta dierum dicti Petri de Calvos cuius est alodium et suorum in his successoribus ac laudimio inde compatenti. Pro precio vero predictorum que vobis vendo dedistis et solvistis michi et confiteor me a vobis habuisse et recepisse decem solidos monete barchinone de terno. Et ideo renunciando exceptioni non numerate et non solute pecunie et precii predicti non habiti et non recepti et legi qua subvenit deceptis ultra dimidiam iusti precii et dolo malo et actioni in factum et omnia alia iuri his obviantibus. Dono et remitto vobis et vestris siquid predicta que vobis vendo plus modo valent vel annuo valebunt precio antedicto. Insuper convenio et promitto quod predicta que vobis vendo faciam vos et vestros et quos etiam voluerit semper habere tenere et in sana ac pacifica pace perpetuo possidere contra omnes personas. Quoque tenebor et mei tenebuntur vobis et vestris in his successoribus semper de firma et legali evicione ac legitima deffensione eorundem secundum jura. Et de restitucione et reffectione omnium missionum [illegible] dampnorum et interesse si quas vel si que vos vel vestros facere et sustinere oportuerit quoquomodo pro predictis et ratione evicionis eiusdem in iudicio et extra iudicium. Super quibusquidem missionibus supradictis dampnis et interesse credatur vobis et vestris vestro et eorum plano et simplici verbo nullo alio probacionum genere requisito. Et pro his attendendis et compledis tenendis et firmiter observandis obligo vobis et vestris omnia et singula bona mea mobilia et immobilia habita et habenda. Et sic convenio et bona fide promitto ego dicta Jacineta vobis dicto [illegible] Joanni Canyells et vestris et notis etiam infrascripto tanquam publice persone [illegible] vobis et vestris et per alias etiam personas omnibus et singulis quarum interest et interesse recipienti et pacisceti ac etiam legitime stipulati. Nemo etiam sponte juro in anima mea per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia manibus meis corporaliter tacta. Vendicionem et omnia et singula supradicta semper rata grata valida atque firma rataque grata valida atque firma habebo tenebo et observabo et in nullo contrafaciam vel veniam jure aliquo causa vel etiam ratione renuncians beneficio Valleyani senatus consulti signa mulier posite. C. ad Valleyanum et omni alii iuri his obviantibus. Actum est hoc in villa Calidarum de Montebongo. Septima die mensis Januarii anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo primo [illegible] Jacinete predicte. Que hec laudo firmo et juro.

Testes huius rei sunt Bartolomeus Pinalt et Joannes Castell paratores habitatores in villa Gremillariorum.

1491